Fragmentarium

& transeuntes flumen inuenimus herbas
candidas sicut lac· dulces sicut mel· et altas ad cu
bitum unum. Manducantes itaque de his her
bis mellifluis saturati sumus· eique gratias
creatori omnium qui nos per tanta seruauit
pericula· ac gratuita nos sua nutriuit gratia.
Deinde inuenimus uiam speciosam et leuem
quam sequentes· laudauimus dominum qui eam nobis
demonstrauit. tandemque ad speluncam
peruenimus honorabilem. & signaculo sancte cru
cis muniti ingressi sumus eam quasi in crip
tam· sed nullum ibidem habitatorem reperien
tes diximus inter nos· Mundicia hec non est nisi
de manu hominis· Maneamus hic usque ad ue
speram· & uidere poterimus huius loci ha
bitatorem. His dictis una hora ut pote
lassi resedimus· & subito odore suauissi
mo perfusi obdormiuimus. Post paruum uero in
teruallum excitati a somno· foras spe
luncam exiuimus· & contra orientem re[...]
ximus· & ecce subito figuram hominis
a longe properantis uidimus· cuius capilli ca
pitis instar lactis candidissimi quasi uo
lantes in aere totum uiri corpus operuerunt.
Qui uidelicet ut nos a longe respexit· se
metipsum in terra proiecit· ac rursum
eleuatus ad nos ita clamare cepit. Si uos
[...] estis sancte cru[cis] signaculo muniti.
[...] usque properate. Si autem ex diabolo
[...] dei seruo. Hec eo dicente· et
tali uoce respondimus uerbi ei. Bene
dic nobis pater sancte. & noli turbari.
quoniam & nos serui sumus domini & saluatoris
nostri ihesu christi· Rem [...] reliquimus huc
[...] seculo uano [...] sumus monachi. Talia
ut audiuit. ilico uenit ad nos· man[us]
suas ad [...] eleuans domini orauit· et sur
gens ab oratione· capillos ab ore et facie
sua tollens benedixit nos. Erat autem
[fac]ies eius sicut uultus angeli· et propter senectutem
nimia oculi eius non aperiebantur· eo quod super
cilia cooperiebant illos· Vngule manuum
eius ac pedum longe nimis· barba & capil
li corpus omne circumdederant. cutis illius ut
pellis testudinis. Tunc ipse [...] lacrimis
ita ad nos exorsus est. Fratres mei bene
dicti unde estis· uel unde huc aduenis
tis· Dicite mihi qualiter se habe[...]

humanum· ut quomodo fides christiana [...]
& si sarraceni uel ethnici hactenus
[...] persecutione [...]
ab eo interrogati· per ordinem respo[ndimus]
de omnibus congrue dedimus· simul ad[iungen]
tes angustias & pericula que per omnem
uiam passi sumus· & quia uoluntas ac de
siderium nostrum esset ire ubi celum in se ter
re coniungit. Ipse autem ad hec respon
dens ait· Filioli mei karissimi audite me· ab
isto loco usque ad paradisum non potest
homo ultra procedere carne [...]
Ego enim peccator exiguu[s] [...] in
hac etiam uoluntate laboraui [...]
ultra procedere· ut finem terre [...]
uissem cernere. Sed nocte quadam astitit in
uisu angelus domini dicens· Vide ne ultra
procedas· neque dominum temptare presumas· Et [...]
ego· Quam ob causam mi domine ultra procedere
non licet· At ille: de isto inquit loco [...]
sunt miliaria usque ad paradisum· ubi adam
& eua in deliciis constituti preuaricati sunt
dei mandatum & mortem cum genere suo [...]
Super ipsum uero paradisum celum terre coniungitur.
Posuit autem deus ante paradisum cheru[bin] cum
ignea romphea atque uolubili. ad custo
diendum uite lignum· & habet a pedibus usque
ad umbilicum similitudinem hominis· pectus
sicut pectus leonis· manus sicut cristalli.
habens gladium ut seruet paradisum [...]
aliquis [...] [...]mare ualeat. Hec ego
audiens ab angelo amplius [...] [res]pondi nec
ultra procedere temptaui. Igitur ego the
ophilus· & itineris mei socii [...] au
dientes a sancto uiro talia [...]
corpore collaudauimus deum [...]
uitam christi glorificauimus [...]
facto locutus est nobis dic[ens] [...] tres
karissimi [...] cellula [...] tibi
paululum· Habeo enim duo[s] [...]nes· qui [...]
foris ambulantes sero [...]
tunt. Ne ab ipsis subito [...]
bus mali aliquid patiamini [...]
pauore paululum foras exe[...] [...]nes
rugiendo extemplo ad [...]
manus super eos ponens [...]
cens ait illis· Tres ad nos [...] ue
nerunt. cauete ne [...] malum [...]

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, N I 3:43, 2r – Fulda Legendary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-kmxx/9848/71711)